Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

decet collaudatio. ℣ Exultate. A Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos. ℣ Benedica. A Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣ Eructauit. A Principes populorum congregati sunt cum deo abraham. ℣ Omnes gentes. ℣ In omnem terram. ex. LECTIO II.

SIollempnitas omnium sanctorum martyrum grata nobis debet esse sollempnitas fratres karissimi. quanto gratior eorum qui presentem secuti sunt principem martyrum. Stephanum. quanto magis arietum. Illorum enim filii non generatione carnis. sed imitatione uirtutis facti sunt omnes filii qui posteri usque ad mortem confessi sunt xpm. Hos obtulerunt apostoli gentium. de quibus ante cantauit dicens. Afferte domino filios arietum. R. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum dicit dominus estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. ℣ Dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis sitis dicit dominus. Estote. His primum dominus cum ad confessionem sui nominis hortaretur. non solum se promisit uictorie coronatorem. sed et certaminis adiutorem etiam in ipsis et posteros admonebat. quod quod dicebat. scriptum posteris relinquebat. Illis ergo ait. exhortans eos. Cum autem adducent uos ad principes et ad potestates. nolite cogitare quid respondeatis aut quid loquimini. Non enim uos estis qui loquimini. sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. R. Tollite iugum meum super uos dicit dominus et discite quia mitis sum et humilis corde iugum enim meum suaue est et onus meum leue. ℣ Et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum. Meditari ergo dominus uetuit et confiteri precepit. Maluit enim auferre presumptionem humanam. et gratiam donare diuinam. ut in semetipsis timidi. et in deo fuissent audaces. Unde et in alio psalmo uox martyrum deo dicit. quasi ex parte humane fragilitatis uerendo. Eripe me de inimicis meis deus meus. et ab insurgentibus in me libera me. Et paulo post de auxilio diuino confidens dicit. Fortitudinem meam domine ad te custodiam. R. Dum steteritis ante reges et presides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim uobis in illa hora (…) loquamini. ℣ Non enim uos estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Dabitur. Supra ceteras enim turbas fidelium. nec non antiquorum iustorum et prophetarum eminentes